



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig
Salisburgi, 1693

Privilegium L. Abbates Monasteriorum sunt in dignitate & habent
præcedentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

parte Episcopi, & capacitas exequendi ex parte delegati. Non obstat quod in privilegio Abbas tantum acceperit potestatem pro suis Ecclesijs faciendi Consecrationes, quia hoc intelligitur, ne faciat pro alienis auctoritate propria, sicut nec Episcopo cujusvis privilegii pretextu in aliena Diocesi Pontificalia exercere permittitur, nisi ex licentia ordinarii loci jux. Conc. Trid. *f. 6. de Reform. c. 5.*

ADNOTATIO.

AD Num. 3. audio hanc sententiam in varijs Diocesis practitari & antiquissimo usu receptum esse. Non obstat *Declaratio Cardin.* a quibusdam in contrarium allata. Quia circa eam multa possunt dici, ut I. ut jura jurijs concordentur *c. cum expediat De Elect. in 6.* fortassis intelligatur juxta aliam *deklarationem* quam refert Tambur. *de jure Abb. tom. 2. disp. 2. q. 7. n. 2.* ut scilicet non sufficiat generalis Episcopi licentia, sed pro singulis ordinandis specialis sit necessaria. II. quod lex generalis non tollat particularem consuetudinem vel statutum, nisi hoc exprimat *c. 1. de Constit. in 6. III.* quod lex non recepta non liget, vel per contrariam consuetudinem aboleri possit. Si vero dicatur legem debere recipi, id est verum, si Pontifex iussit & urgeat ejus receptionem non obstante contraria qualibet consuetudine. IV. refert Barb. *Jur. Eco. in lib. 1. c. 4. n. 83.* ex Moderno *de supplic. ad Sanctiss. p. 2. c. 30. §. 3. n. 4.* Urbanum VIII. mandasse ne *Deklarationibus Cardinalium* sive impressis sive manuscriptis aliqua fides adhibeatur in judicio vel extra, nisi in authentica forma, solito sigillo & subscriptione. Emin. Cardinalis Praefecti ac Secretarii ejusdem Congregationis munita fuerunt.



PRIVILEGIUM L.
Abbatibus Monasteriorum sunt
in dignitate & habent praecedentiam.

1. Quid sit dignitas.
2. Abbas est capax delegationis Papalis.
3. Quid possit delegatus.
4. Quam praecedentiam competat Abbatibus.

Habere dignitatem Ecclesiasticam in dicitur qui habet prerogativam in Ecclesia cum Choro, quare Capitulum cum jurisdictione & administratione sibi perpetuo assignata sicut et dicitur. Rot. Rom. & Commun. D.D. tradit Tambur. in *decis. Rot. qua habetur postum. p. 1. dicitur. decis. 4. c. 5.* Cum ergo haec omnia in Abbatibus concurrant, non facile negantur, cum in dignitate censeri.

Porro cum Abbatibus in dignitate constituti sine, recte illis causae per Sedem Apostolicam delegantur jux. *c. statutum de Rescript. in 6.* cum tamen aliis, quam dignitatem personarum cum Canoniarum Cathedralium Ecclesiarum oblationibus Pontifex nunquam solet causas delegari, adeo ut *rescriptum*, in quo aliis, quam dictis personis delegatio facta est, falsum censetur, ut N.D.D. in *d. c. statutum.*

Praeterea Abbatibus talem delegationem concessi omnes suam jurisdictionem impediunt, vel in judicio venire detrahentes ex auctoritate Apostolica districtione seu censuris coeactae poterunt, etiam si litterae commissionis id non contineant, vel persona coeacta Episcopus sit, aut sua dignitate major Abbate, item non cogitur Abbas delegatus a Pontifice causam per se tractare, sed rursus alteri etiam se in ipsi subdelegare valebit, eumque ad suscipiendam hanc delegationem compellet, prout haec omnia habentur in *c. 5. c. sane c. pastorali x. c. ex litteris 29. de Officio deleg. & dicitur de Foro compe. c. 1. §. 2.*

Rursus cum Abbatibus propter jurisdictionem & usum Pontificalium eleventur super ceteros Presbyteros & Clericos, & valde proprie ad Episcopos accedant, hinc est quod praecedant non solum ceteros Clericos seculares, sed etiam in dignitatibus & personaribus inferioribus ac Canoniaribus constitutos. Pan. & Decius in *de gubernimur de Indis. Bald. in cap. pastoralis de Offic. Del. Cassan. in Cath. gloria mundi. p. 4. r. 1. fid. §. 2. Nav. de Major. c. obed. cons. 4. n. 2.* Sed hanc praecedentiam materiam non ignoro adiosam, eamque libenter praetereo & lectorem ad ea auctores, item consuetudines locorum, particulares praescriptiones, pacta & privilegia remitto Atque haec de Privilegijs & Juribus Monasteriorum ad majorem Dei Disparque Augusti Honorem brevier dicta sunt. No